



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniae, 1525

VD16 F 1240

XLII Sed ia[m] ad Graecos ueniamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS SECVNDVS

Pfal. 109 Nec dissentit Arnobius in cōmētarijs super psalmos. Hic (inquit) qui per mysteriū panis ac uini sacerdos factus est in æternū secundū ordinē Melchisedech, qui panē & uinū solus obtulit in sacerdotib⁹, dū Abrahā uictor reuerteret de prælio

XLII

¶ Sed iā ad Græcos ueniamus. Chrysofomus hunc locū enarrans ait. Et uide propter honorē in patriarchā collatum quomodo sacramentū insinuat, obtulit em̄ ei panē & uinum. Vides typū, cogita oro & ueritatē, & admirare diuinā scripturā ueritatē, quomodo superioribus sæculis & ab initio futura præsignata sint. Hæc Chrysofomus.

XLIII

¶ Nec ab eius sententia quicq̄ abest Damascenus qui libro primo de fide orthodoxa sic ait. Pane et uino suscepit Melchisedech Abrahā ex cæde alienigenarū qui erat sacerdos dei altissimi. Illa mensa hanc mysticā præfigurauit mensam, uelut & sacerdos ille Christi ueri sacerdotis figurā præ se ferebat & imaginē. Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Pfal. 109

XLIII

¶ Vulgarius demū per omnia consentit in epistolā ad Hebræos ita scribens. Verū quē aliū afferre possunt præter Christū Iudæi, qui sit ex Melchisedech instituto pontifex factus? Nōne erant sub lege omnes? Nōne & uniuersi sabbata obseruabant, offerebantq; sacrificia? Apertissime itaq; de Christo dictū id esse constat. Hic em̄ & solus Melchisedech illius in morē, pane & uino sacrificabat. Sed quid (obsecro) necesse fuerit authores adhuc citare plures?

XLV

¶ Nullus horū ē, ut audis lector, qui nō horū utrunq; hoc est, tā Melchisedech q̄ Christū asserat in pane uinoq; sacrificasse. Quod quū Hebræorū Rabbini, quantū ad Melchisedech attinet, omnino cōfirment, & plane testent Messīā suū identidē facturū, quis iam amplius cuiq̄ relinquit dubitandi locus. Sic utiq; Rabbi Semuel (uti refert Rabbi Moses Hadarsan) dū locū illū Geneseos interpretaret. Hic (inquit) mysteria sacerdotij tradidit. Erat em̄ ipse sacrificans panē & uinū deo sancto & benedicto, sicut dictū est ibidē. Et ipse erat sacerdos dei altissimi. Haftenus Rabbi Semuel.

Rabbi Semuel.

Dixit & Rabbi Pinhas filius Iair, Tempore Messīæ cunq;